

nobili ortus in hierusalem &c. Sed nemini imponat; non enim *Hervei* est, ut praefertur, verum *Isidori Hispal.* excerptus e Libello *de ortu et obitu Patrum*, edit. *Parif.* 1601. p. 531. f. Commentarii

porro ipsius initium est: *Visio ysaie* — *Subintelligitur in primis hec est. ut ita sit integer sensus &c.* Et finis: *ut tanti laboris mercedem in futuro seculo mihi restituat, qui uiuit &c.* Addidit Librarius:

*Per calami florem lector perpende laborem
Obsecro scribentis, seriemque futura canentis.*

H. fol. 270. p. 2. ἀνεργαφως *Petri Blesensis Archidiac. Bathoniens.* Scriptoris Sec. XII. *Compendium in Job* cum Prologo, qui infit: *Heinrico Dei gratia illustrissimo anglorum regi (II.) Duci normanie et aquitanie et comiti andegauie Suus Petrus* — *Gratias ago gratie largitori &c.* Nihil perfectius edito inter *Opera omn. Parif.* 1667. p. 407. f. situ passum et abruptum in verbis: *sub verborum paucitate declarat.* Itaque, quae sunt *Cap. XLII. Job*, deperiere. In Theca postica Codicis legas: *Anno domini M^o quadringentesimo quinto fuit tanta karistia tritici quod metreta dabatur pro I. libra denarior.* Aequiparari potest haec Rhenensi nostro, quorum quinos jam aevo nostro *Metretae*, feu *Modii* pretium superavit.

CLIV.

U. 32 Codex membraneus sub finem charta subpletus lat. Sec. XIV. Folior. 185. f. per duas columnas manu fat difficili exaratus, rubricis distinctus, et, ut praeue notatur, Ducali Collegio Vien. testamento legatus a saepe memorato *M. Thoma Ebendorfer de Ha-*

selbach continet *Hugonis a S. Carlo* ex Ord. Praed. ad Romanam purpuram adsumti, Sec. XIII. Scriptoris *Postillas in Isaiam*, unde Titulum praefert: *Dominus Hugo postillator super Ysaia.* Initium est: *Habemus firmiorem Sermonem propheticum &c.* Extant in Edit. totius Corporis *Postillarum Nostri Lugd.* 1645. f. T. IV. *Fol.* 18. ad marginem interiorem legitur: *Iste liber est beate Virginis marie in valis dei;* quo loco designari putem Coenobium Ord. Cist. in *Austria* infer. ad *Istri* et *Isidis* confluentes dictum in *Valle Dei* vulgo *Seissenstein*, nunc extinctum. Unde porro illum habuerit *Hafelbachius*, ad calcem manu sua testatus est: *Hunc librum donauit michi Thome de haspach Bertholdus mutarius in lyncz quem fecit ligari et ut cernitur finiri expensis proprijs.* Quo anno id factum, docet Theca postica interior: *Hij XII. sexterni in pergameno dati sunt M. Thome de Haselpach a Bertholdo mutario in lyncz quos fecit prius compleri et ligari 1432.* *Mutarius* (germ. *Mautner*) *Vestigalium* perceptor est a *Muta* (*Maut*) *Vestigali* ipso, feu etiam loco, ubi id penditur, jam *Ulpiblae*

lae dicto *Mota*. Male vero meritus est Mutarius noster de duobus *Codicibus Talmudicis* diversis vetustis, quorum membranis *Postillas* has utrinque convestiri iussit.

CLV.

U. 596
—600 Codicum Pentas chartacea Sec. XV. f. ab Autore *Thoma Ebendorfer de Haselbach* legata, ut jam P. I. praefert, Collegio ducali *Wienne* apud fratres *predicadores* complectitur ejus *Commentaria in Isaiam Prophetam*. Praemittuntur P. seu *Volumini I.* Quaestiones 3. de certitudine novissimae Diei, de Haeresibus ab Ecclesia tolerandis, et de utilitate Persecutionum. Prologus incipit: *In nomine sancte &c. 1428. Verba vite eterne habes. Joh. 6. Cap. Lectura ipsa: Compleat inceptum Virgo Maria meum. 1428. In profesto Dyonisii et sociorum eius. ysaias in*

*Temporibus nostris quicumque placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.*

Accedit Tabula.

Volumen IV. incipit a *Cap. 14. Compleat inceptum &c. 1449. Mauricii. Prope est ut veniat tempus eius &c.* et finit cum eod. *Cap. et 4. hiulcis Distichis*, e quibus conficitur *Haselbachium* terminasse describendo hoc *Volumen* in *Festo Thomae Aquin. a. 1455.* dum simul Collegium Ducale regeret. Neque hic deest Tabula.

Volumen V. et ultimum incipit a *Cap. 15. Onus Moab. Quia va-*

Jerusalem nobili prosapia generatus est &c. Noto, Versum citatum familiarem fuisse *Haselbachio* in fronte suorum *Scriptorum*, ad imitationem fortassis *Henrici de Hassia*, qui amabat praefigere: *Adsit principio Virgo Maria meo.* Ad calcem: *Finit hoc primum Volumen cum quarto Capitulo Isaie. Anno 1431. in festo leonis pape.* Cum Tabula amplissima subscripta: *Explicit tabula manu Thome de haslpach in vacationibus pasche completa Anno &c. 1432.*

Volumen II. incipit a *Cap. 5. Cantabo dilecto meo canticum &c.* finit cum *Cap. 7.* et pariter adjunctam habet Tabulam.

Volumen III. incipit a *Cap. 8. Et dixit dominus ad me, sume tibi &c.* et finit cum *Cap. 13. Anno dominice Nativitatis 1444. in Profesto Petronelle, quod fuit Vigilia Penthecostes*

stata est &c. et finit cum *Cap. 16.* cui accedit Tabula et haec Peroratio: *Finitus et completus hic quintus liber lecture M. Thome Ebendorfer de Haselpach Canonici Ecclesie S. Stephani et Plebani in Bertoldsdorf quem manu propria scripsit et tabulavit in fine Angarie Penthecostes Anno &c. 1460. Quando et ordinariam resignat lecturam. Amen. Feliciter. Canonicatus sui anno 33. Plebanatus*